

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG\\_0125](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG_0125)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

forma Myrræ, sed inpurum magis, semperque mollem obtinens substantiam, nec unquam indurescens, ex quo obscure fuscæ præparantur placentalæ instar denarii minoris: Hæ inpurum referunt mel cum quadam re condensatum, sed non visciditate adhærent, saporis fatui & fere insipidi, aliquando parum falsi. Si masticetur, arenosum appetet, quod fit, quum ex scopolis colligatur: Rarissime hoc gummi reperitur, unde & carius est Ramack Daging: Maleyenes illud vocant Mor seu Umor Daging, quod denotat aliquid, quod carnem conservat, vel aliquid, quod forma carnis semper sese offert.

*Uſus.* A mulierculis adhibetur uti præcedens resina ad potum nempe Djedjambu, & magis interne, quam Ramack Daging: Hic loci insérere illud debui, licet minerale videatur, quod ad plantas non pertinet, sed quum utraque cum Dammara Selanica magnam habeant convenientiam, simulque vendantur in eosdem usus, hic convenienti locari poterant modo.

De ejus ortu jam non agam, sed quidam hanc denotant differentiam, dicentes, Mor seu Umor Daging ita dictum fuisse, quum ingestum sese cum carne nostrisque venis assimileat, hasque in prospera conservet valetudine, Dormac vero Daging ulterius penetrare, in ipsam nempè nostrorum ossium medullam. Commissent vulgo utrumque, infantibusque propinant, uti dicunt, ad salubrem solidamque ipsorum carnem constituendam.

Si propinetur cum Padma, qui est fructus niger & squamosus, & Djedjambu potu incocitus, mulierculas reddit post partum Rapat i. e. coarctatas, natram exsiccans, licet etiam exhibeat pueris.

## C A P U T D E C I M U M.

### Dammara alba. Dammar Puti; seu Dammar Batu.

**H**æc secunda usitatissima & vulgatissima hisce in regionibus est resina: Ejus arbor omnium fere altissima & maxima est, trunco erecto & rotundo altam Abietem vel Cedrum referens, qui nunquam sinuosus est, vel ullis constat ramis, nisi in summo vertice, ubi respectu trunci parva tantum conspicitur coma.

Ejus cortex est glaber, ex ruffo & cinereo mixtus colore, forma sua ab aliis facile hæc distinguitur silvestribus arboribus: Ejus vulgaris crassities est octo vel decém pedum in diametro, inferiorque trunci pars magnis constat nodis instar capitis, ex quibus tamquam ex mammis profluit ejus Dammara.

Ejus mas & femina occurrit, trunco ac foliatura parum differens, unde simul has describemus arbores, illarumque differentiam in fructibus notabimus.

Foliorum rachides sunt rectæ; lentæ, & virides, & cruciatim fere in ramis locantur, rotundæ, in anteriore parte striatae: Hisce folia insident utcunque opposita, exceptis junioribus furculis, in quibus alternata fæpe locantur.

Sunt autem angusta, ab utraque acuminata parte, in junioribus vero arboribus longiora, magisque acuminata, quatuor nempe vel quinque pollices longa, ultra digitum lata, Salicinis foliis simillima, sed non serrata, in senioribus autem arboribus tres vel tres cum dimidio pollices longa, vix digitum lata, obtuse acuminata, unde & hæc Oleæ folia æmulantur.

Nullum gerunt nervum intermedium, sed ibi parum sunt excavata instar canalis, suntque porro scabra, glabra, ac per longitudinem tenuissimis ac vix notabilibus venulis pertexta, glauca, primo autem præpullulantia ac tenera foliola pallide virent, vetusta vero folia ad oras retroflectuntur, acsi ab inferiore parte cymbam formarent. Adeo brevibus insident petiolis, ut sessilia fere sint, sed ibi parum intorta sunt, unde hæc folia non recto locantur ordine, sed obliquam efformant crucem. In furculis foliorum rachides nunc oppositæ, nunc alternata progerminant, inque iis a tribus ad sex foliorum paria excrescent:

Con-

in de gedaante van Myrre, doch vuilder, en altyd week blyvende, en niet hard wordende, waar van men donker-bruine koekjes maakt, in degrootte van een kleine schelling; Zy gelyken ook vuilen honing, die met iets dik gemaakt is, doch gants niet kleverig, aan smaak smets, en bykans onsmakelyk, en zomtyds wat siltig. In 't kaauwen werd men ook eenige zandigheid gewaar, dewyl het van de klippen afgenoemt werd. Men vind 't ook zeer weinig, en is nog duurder dan 't Ramack Daging. De Maleyers noemen 't Mor of Umor Daging, 't welk wil zeggen, of iets, dat het vlees langdurig maakt, of iets, dat altyd in de gedaante van vleesch blyft.

Gebruik. Het werd van de Vrouwetjes gebruikt als van 't voorgaande, onder de Djedjambu, doch meer binens lyf dan de Ramack Daging, ik heb 't albier moeten zetten, hoewel 't schijnt een mineraal te zyn, het welk onder de planten niet en boord, en dat om datze beiden met de Dammar Selan groote gemeenschap hebben, te zamen verkogt, en tot eenderlei einde gebruikt werden.

Immers zynen oorspronk uitgesteld; zo maaken ook andere dezen onderscheid, dat bet Mor of Umor Daging also genaamt zy, om dat bet ingenomen zynde, zig met ons vleesch enaderen vermengt, en dezelve in een gezonde dipositie behoudt, maar Dormac Daging dringt dieper in tot in 't merg der beenderen van ons lyf. Zy menigenze gemeenelyk tzamen, en gevenze de kinderen in, zo ze zeggen, om een gezond en hard vleesch te maken.

Met Padma een zwarte schilferige vrucht, en Djedjambu gedronken, maakt de Vrouwetjes Rapat, dat is gesloten na 't baren, en de natuur opdroogende, hoewel ze het ook de jonge Dochters ingeven.

## X. H O O F T S T U K.

### De Dammar Batu-Boom.

**D**it is de tweede gebruikelijkste en de gemeenste hers in deze quartieren: Den boom is een van de hoogste en grootste, met een regte ronde stam, een boog-mast of Ceder-boom verbeeldende, nooit bochtig, en zonder takken tot boven toe, alwaar by na proportie van den stam een kleine kruin heeft.

De schorisse is effen, uit den licht-roffen en graauwen gemengt, en aan zyne gedaante onder andere Wout-boomen van verre ligt te kennen. Zyn ordinaris dikte is acht a tien voeten in de ronte, en de onderste stam is bezet met grote knoesten als koppen, daar de Dammar als uit mammen loopt.

Hy is Manneken en Wyfken, aan stam en bladeren weinig van malkanderen verschillende, daarom zullen wyze onder malkander beschryven, en het verschil alleenlyk in de vruchten aanwyzen.

De ryskens zyn regt, taai, en groen, en staan bykans in kruis om de takken regt-rond, na vooren wat gestreept. Aan dezelve staan de bladeren meest regt tegen malkanderen, behalven aan de jonge telgen, daar aan sommige verwisselt staan.

Zy zyn smal, achter en vooren toegeespitst, aan de jonge boomen vooren spitzer en langer, te weten, vier en vyf duimen lank, ruim een vinger breed, de willige bladeren gelyk, doch zonder kerven, aan de oude boomen drie en drie en een half duimen lank, schaars een vinger breed, en met een stompe spits, dierhalven de Olyf-bladeren gelyk.

Zy hebben geen middel-zenuwe, maar zyn aldaar wat bol, gelyk een geut, voorts styf, glad, in de lengte met subtile en pas kennelyke adertjes doorreegen, hoog of Zee-groen, doch de eerste uitkomende welke blaadjes bleek-groen, ook krommen aan de oude bladeren de kanten wat nederwaarts, als ofze van onderen een schuitje wilden maken. Zy hebben zo korte voetjes, dat zy schier gene schynen te hebben, maar zyn aldaar wat gedraait, weshalven de bladeren niet in ryen staan, maar een schuins kruis maken: Aan de telgen staan de ryskens ook dwars en regt tegen malkander, en aan ieder van drie tot zes paren bladeren; gevreeven zynze van een hersachtigen reuk, en

Contrita hæc folia resinosum spirant odorem, talemque habent saporem, avulsa diu sunt viridia: Flores ob arborum altitudinem, quæ adscensum negant, ignoti sunt, nec sub arboribus umquam inveniuntur decidui, unde concluso, fructuum germina mox propullulare sine natabilibus floribus, quum vero ex fructibus optima inter mare & feminam detegatur differentia, separatim utrosque describam fructus.

Primo itaque feminæ fructus, qui vulgatissimi & maxime noti sunt, formam habent & magnitudinem *Limonis Manis* seu *Aurantii Sinensis*, subrotundi nempe, superius parum compressi, coloris glauci, in simplices distincti squamas, instar Pinearum, quæ tamen sibi adhaerent & adglutinatae quasi sunt, quamdui vrides, si vero maturi sunt fructus vel avulsi, intra paucos dehiscunt dies, atque separantur hæ squamæ; quæ non crastæ sunt, sed plurimæ sibi incumbunt, interne albantes, molles, & ab inferiore angustatae parte, ubi fissuram patiuntur, communique pedunculo adfiguntur, refertæ seminibus amplis & planis, instar Cucumeris seiminum, sed latioribus & tenuioribus, quæ squamarum speciem etiam referunt, quæ primo sunt alba, dein fusca, inque medio parum protuberant, ubi farina reconditur alba, mollis, & sicca, in qua vis seminalis latet. Fructus hi in rachidis summo solitarii vel gemini excrescent, plurimis insidentes brevibus, crassis, & lignosis pedunculis, multis minoribus rachidibus obseSSI, juniores referentes Ananasæ fructum, quam diu nempe in squamas nondum extrevere.

Secundo; Maris fructus multum differt a præcedenti, multoque minor est, binos longus pollices vel paulo magis, digitum crassus, extremitatem referens apexabonis, ex plurimis formatus parvis & angustis squamis, quæ regulari ordine sibi invicem arcte incumbunt: Juniores hi fructus flava adspersi sunt farina, dein vero ex viridi & purpureo mixti colore, si maturescant, intense lutei vel fusci sunt. Si horum squamæ sibi adhaerent, sunt glabrae ac fere splendentes, quum autem aperiantur, non pungunt uti Pini, sed facile a communi decidunt pedunculo, ubi etiam bifidae sunt, inque hac fissura paleaceum quidquam reperitur, quod semen mentitur, hi autem fructus plurimum immaturi decidunt, unde hæ arbores non multum propagantur.

Ex utrisque hisce domesticis arboribus, sed præfertim ex femina, pellucida effluit resina, primo mollis & viscosa, sed intra paucos dies instar lapidis indurescens, alba atque pellucida instar Crystalli, præfertim quæ arboribus fiscata adhaeret, in quibus pendet instar conorum glacialium, quæ autem ex arboribus in terram destillat, nigricat, & foribus commaculata est. Glaciales isti coni aliquando palmam lati & pedem longi sunt, striati, & ex plurimis quasi compositi loramentis, quod elegantem præbet aspectum.

Primo semi-anno, uti dictum est, resina hæc est alba & pellucida, sed dein elegantem contrahit aureum colorem instar Succini, fragilis, interne splendens instar disfraceti vitri. Multo durior est prædente *Dammara Selanica*, & frigida quodammodo inflæti vel duci potest, sed contusa friabilis est. Quæ ex mare colligitur, magis pellucida est & albicans, sed lentius exsiccatur & pauca exstilla quantitate, unde rara vel nulla fere ex hac colligitur arbore. Ut itaque hæc majori copia hanc suppeditaret resinam, inferior trunci pars inciditur magnis cultris, ex quibus vulneribus copiosior hæc effluit Dammara, unde arbor ibi magnos generat nodos, constantes ex duro & variis venis intricato ligno instar Aceris, qui instar capitum protuberant, atque in superficie sua continuo Dammara obducti sunt, plurimisque constant ramis. Incolæ etiam undique circa hujus arboris radices terram depurant, foveolasque excavant, in quibus depluentem colligunt Dammaram, ut non ita foribus sit commaculata, ubi vero radices supra terram sese erigunt & denudatae sunt, nodosæ sunt per incisiones, similiterque hanc exsudant resinam, quæ albo cortice ipsi quasi superducta est.

Odor recentis & mollis Dammara resinosus admundum est, sicca autem nullum spirat odorem; Carbonibus inposita mixtum dat odorem ex Resina Pini & Mastiche, qualis & sapor est, sed ad Canarinum accedit hic. Facile ignem suscipit, diutiusque fovet quam

en smaak, en afgebrooken bare groente lang behoudende. Het bloeizel is, wegens de hoogte der boomen, die onbeklimmelyk zyn, onbekent, en onder de boomen is het oock nooit te vinden, zo dat ik gijfe, dat de schepzelen van de vruchten straks voortkomen, zonder kennelyk bloeizel. En dewyl aan de vruchten het beste onderjcheid tusschen Manneken en Wyfken te kennen is, zo zal ik ieder in 't byzonder beschryven.

Eerst de vruchten van het Wyfken, als zynde de gemeenste en meest bekende, zyn in de groote en gedante van een Lemon Manis of Sinezee zoete-appel, te weten, rondachtig, en vooren een weinig gedrukt, ligt Spaansch groen, en in enkelde schuppen verdeelt, gelyk de pyn-appels, die echter aan malkander kleeven, zo langze groen zyn, maar aan de rype en afgebrookene openzen haer in weinige dagen, en vallen van malkander: Deze schuppen zyn niet dik, en leggen vele op malkander, binnen wit, week, en achter toessmallende, alwaar ze een kloofje bebben, en aan de middelste steel breedte platte zaden, als Comcommers-zaden, doch breeder, en dunder, die men voor schuppen zoude aanzien, eerst wit, daar na bruin, in de midden bebbenze een kleine buik, daar een wit, week, en droog meel in leid, waar in de zaad-kragt steekt. De vruchten staan aan 't voorste der ryskens, een of twee by malkander, omgeven met vele kleine ryskens, en op korte, dikke, en boutachtige voetjens, gelykende een jonge Ananas, zo lang zy niet schilleren.

Ten tweeden; de vrucht van 't Manneken verschilt veel van de voorgaande, en is veel kleinder, twee duimen lank of wat meer, een vinger dik, gelykende een eindeken van een Soucys, van vele kleine en smalle schuppen gemaakt, die ordentelyk en digt op malkander leggen. De jonge vruchten zyn niet een geel meel bestrooid, daar na groen, en paars gemengt, alsze ryp zyn, donker-groen en bruinachtig. Als de schuppen nog aan malkander kleven, zynze glad, en bykans glimmende, en al geopend steekenze gecintzint als de pyn-appels, maar vallen mede ligt af van den middelsten steel, alwaarze mede geklooft zyn, en daar tusschen leid ook iets kafachtigs, 't geene het zaad wil zyn, doch vallen dese vruchten meest omryp af, en daarom vermenigvuldigen hun dese boomen niet veel.

Uit beide dese stammen, doch voornamentlyk uit het Wyfken, vloeid een belder hers, eerst week en kleverig, maar in weinig dagen steen-hard wordende, wit en doorschijnende als kristal, insonderheid het geene aan de boomen opdroogt, alwaar men het ziet bangen, als yskegels, maar het geene van de boomen afdruipt op de gront, is swartachtig, en met vuilheid gemengt. De voornoemde ys-takken zyn somtyds een hand breed, en een voet lank, gescrept, en als uit vele strengen t'zamen gezet, fraai om aantezien.

In 't eerste halve jaar zynze, als gezegd, wit en doorschijnend, maar verkrygen daar naar een schoone goudgeele coeur, gelyk den Bern-steen, kort afbrekende, en van binnen glimmende, als gebroken glas. Het is veel harder als het voorgaande Dammar Selan, laatzig kout zynde, eenigzintuig en af trekken, maar bryzelt geklopt of geslagen zynde. Dat van 't Manneken is klaarder en witter, droogt lankzamer op, en druipt zeer schaars uit, daaromme van dezelve geene of weinig vergadert werd. Op dat nu dese boomen rykelyker dit hers zouden uitgeven, werdenze beneeden in de stam rondom gekapt met bouwmessen, uit welke quetsuuren dan rykelyk deze Dammar uitloopt, waar door de boom aldaar grote knoesten gewind, van een bart en metaderen verwارد hout, gelyk het Boog-hout, die als koppen uitsteeken, en buiten geduurig met Dammar bekleet, en vol takken zyn: Ook maken de Inlanders rondom de wortelen dezen boom schoon, en eenige kuiltes, daar in ze de afdruipende Dammar vergaderen, om met minder vuilheid vermengt te werden; daar de wortelen bloot boven de aarde leggen, zynze knoestig door het kappen, en sweet insgelyks dit hers uit, dat met een witte schorsje daar op hangt.

De reuk in de versche en weeke Dammar is zeer beraschtig, maar in de drooge heeft men geenen. Op koolen gelegd of gebrand, heeftze een gemengde reuk van pynhers en Mastryk, gelyk ook den smaak is, doch wat na de Canaris trekkende. Zy ontfangt ligt het vuur, en houdt het

quam Dammara Selanica. Rarum & nullum fere dat strepitum, sed plurimum emitit fumum acidulum, insolitus gravem. Uti vulgaris Dammara, quae in foro venalis prostat, alba ac semi-pellucida est, qualis colligitur ex nodis inferioris trunci, ita & haec versicolor reperitur, nunc enim rufa est, nunc cornea, nunc vero nigricans, nihilominus tamen dura & semi-pellucida, quales sunt magnæ glebae & capita, quae ex crassioribus ramis & vetustissimis dependent arboribus, quum enim haec arbores ob summam altitudinem non descendantur, glebae istae ibi diu sunt pendulae, pristinamque perdunt suam albedinem, corneique sunt coloris, hoc autem plurimum observatur in Dammaræ arboribus circa Way, unde comperio, colorum discrimen provenire ex diverso tempore, prout glebae diu ex arbore dependent vel decidunt, atque in terram prolapsæ fuerunt.

Anno 1688 tale frustum misi ad Academiam Leidensem, quod formam habebat capitis infantis, & paullisper ope humana tali modo formatum erat, hujus vero natus deformis erat, prope quem rubra decuriebat stria, acsi sanguis foret: Servo quoque ejus frustum album & semi-pellucidum, formam gerens vesicæ fellis ingentis bovinæ: Cristallinos istos ramos quoque in Patriam transmisisti, sed certus sum nullos albo colore præditos, sed instar Succini flavos ibi pervenisse.

Arboris lignum albicat, longitudinalibus constans fibris instar Pinastri, putaretque aliquis lignum esse Cedrinum: In afferes secari potest, & satis bene poliri, inque loco sicco satis durabile est, neutiquam vero in aqua marina, unde ad ligniarium usum non adhibetur, præsertim quum hocce lignum difficulter ex remotis petatur montibus: Observavi quoque projectos ejus truncos intra paucos annos omnino putrefactos fuisse, inque rubram degeneratos terram, quale solum erat circumiectum, inque rubra ista terra distincte notari poterant venæ istius ligni, atque inter illas plurimi pellucidi ramuli duræ Dammaræ: In hisce putrefactis truncis hinc inde pulchra quoque reperiuntur frusta pinguis ligni, mellei coloris, quibusdam in locis semi-pellucida & eleganter venosa, quæ circa nodos trunci ac ramorum locata fuerant: Pinguia hujus ligni frusta non putrefacta, licet quam diutissime in terra projecta fuerint, sed non sunt majora, quam ut ex iis cultrorum manubria, vel globuli ad opus acicularum formari possint.

*Nomen.* Latine *Dammara Alba*: Malaice *Dammar Puti* & *Dammar Batu*, h. e. lapidea resina, quum sit durissima omnium Dammararum, unde proxime accedit ad *Gummi Animæ*: Ternatenibus dicitur *Salo* solummodo, & *Salo Bobuda*: Amboinice *Camal*, *Camar*, & *Cama*, & circa Lariquam *Iſſe*. Javanis circa Grifeccam *Dama*, quod cum *Arabica* voce in antecedenti explicata capite convenit.

*Locus.* Nusquam haec arbores occurrunt, nisi in summis montibus & solitudinibus, ab hominum conversatione remotis, unde & nostræ nationi sunt plurimum ignotæ, solum amant rubrum argillosumque, quo omnes fere Amboinenses montes constant, omnesque porro excelsos locos, ita ut per regionem Hituensem pervagantes, illas quasi plantatas videamus ad medium montium partem eo præcise loco, quo terra est altissima, & ab utraque parte declivis fit. In summis vero & frigidis montibus non crescent: Mas utcunque solitarius invenitur aliis junctus silvestribus arboribus, hujusque in lata via, quæ per istam Hituensem decurrit regionem, quatuor vastæ & ingentes arbores prope viam locatae sunt, quarum omnium, quantum appareat, radices sibi mutuo juncta & intricatae sunt, binæ saltē harum arborum supra terram ita coniunctæ sunt, ut inter illas tamquam in sedili quis sedere possit.

Femina semper copiose, plurimæque simul crescunt, quæ peculiarem formant silvam, non tamen densam, sed dispersam, circa terræ quoque summitem, quales in Amboina sunt silvestres montes inter Mamalo in Hitoes ora & Waya, ubi plurima invenitur Dammara, quæ in Amboina usurpatatur; occurrit porro in Hoeamohela in montibus post Lockin & Anin. In Batsjana vero in magna insula Gelolo, ac forte in plurimis insulis Moluccis, uti etiam in Boero, sed non multum inde defertur haec resina, quum ejus

bet zelve beter, dan de Dammar Selan. Zy knerft niet of weining, maar geeft veel rook van baar, die na den zuuren trekt, en de ongewoone beswaarlyk voorkomt. Gelyk nu de gemeene Dammar, die men op de markt verkoopt, wit en half doorschyndend is, diergelyke menbaald uit de knoeften van den ondersten stam, zo heeft men daar en tegen dezelve nog van andere coleuren, namentlyk ros, boornverwig, en swartachtig, niet te min hard en halfdoorschyndend, gelyk 'er zyn de groote klompen en koppen, dewelke aan de dikke takken en zeer oude boomen hangen, want dewyl deze boomen wegens baar hoogte niet beklimmen werden, zo blyven de klompen aldaar lang hangen, verliezen bare eerste witte couleur, en werden boornverwig, doch vind men dit meest aan de Dammar-boomen omtrent Way, waar uit ik bemerk, dat het onderscheid der coleuren komt, na dat de klompen lang aan den boom gehangen of afgevallen, op den grond gelegen hebben.

Anno 1688. heb ik zulken stuk na de Academie van Leyden gezonden, gefatzoeneert als een lankwerpig kinds-kop, zynde maar een weinig door menschen hand gebolpen, en de neus wat mismaakt, waar by men een rode streep zag, als of bet bloet was: Ik hebbe ook een stukje wit en half doorschyndend, gefatzoeneerd als een groote gal-blaas van een Os. De voornoemde Cristalyne takken heb ik ook in baar eerste couleur na 't Vaderlande gezonden, doch betrouw, dat daar van geene in baar witte couleur, maar Bernisteen-geel zullen overgekomen zyn.

Het bout is wit, langdradig als vuuren bout, en men zoude meenen, dat men Ceder-bout voor badde: 't Laatzig ook tot planken zagen, en redelyk glad werken, en op het drooge kan het een tyd lank duuren, maar in Zee-water geenzins, en daarom werd het tot timmerwerk niet meer gebruikt, te meer, also dit bout moeyelyk uit het verre gebergte te baalen valt. Ook heb ik bevonden, dat de omgevallene stammen in weinig jaren gants vergaan, en in rode aarde weder verandert waren, gelyk de gront was, daarze op stonden, kunnende men in dezelve rode aarde nog duidelyk bespeuren de aderen van 't bout, en daar tusschen vele klaare takjes van harde Dammar. In deze verrotte stammen vind men ook bier en daar mooye stukjes vet bout, boningverwig, en op zommige plaatzen half-doorschijnend en mooi geaderd, 't welk aan de knoeften des stams en takken gestaan heeft. De vette stukken vergaan niet, al leggen ze nog zo lang in de aarde, maar zy vallen niet groter, dan dat men kleine steelen, en begten of klossen tot spelde-werken daar van maken kan.

Naam. In 't Latyn *Dammara Alba*, in 't Maleys Dammar Puti en Dammar Batu, dat is steen-bers, omdatze de bartste onder alle Dammar is, en daar in zeer wel met het *Gummi Animæ* overeenkomende. Op Ternata Salo slechts, en Salo Baboda, op Amboins Camal, Camar, en Cama. En omtrent Larique Iſſe. Op Javaans omtrent Grifec Dama, het welk met 't Arabische in 't voorige kapittel gesteld overeenkomt.

Plaats. Men vind deze boomen nieuwers dan in 't hoge gebergte en wildernissen, gants van menschen omgang afgezondert, en daarom zynze onze Natie meest onbekent. Zy beminnen een rode klei-grond, gelyk meest alle de Amboinsche bergen zyn, ende altyd de booge plaatzen zodanig, dat men 't Land Hietu overgaande dezelve als geplant vind, halfweegen juist, daar 't Land op 't hoogste is, en men te weder zyden afgaat: Doch op 't allerhoogste en koude gebergte willenze niet wasschen. Het Manneken staat meest eenzaam, onder andere Wout-boomen gemengt, en daar van ziet men aan de groote Landweg, die 't voornoemde Land Hitoë overgaat, vier geweldige groote boomen digt aan de weg staan, alle vier (zo men niet beter bemerken kan) met de wortelen aan malkander vast, immers twee daar van zyn boven de aarde aan malkanderen vast, dat men daar tusschen als in een stoel zitten kan.

Het Wyfken waft altyd veel, en met grote troepen by malkander, maakende een byzonder Bojb, niet digt, maar ydel verspreid, mede omtrent 't hoogste van 't land, gelyk in Amboina is 't woeste gebergte tusschen Mamalo op Hitoes-kust en Way, alwaar men de meeste Dammar vind, die men in Amboina gebruikt: Voorts vind menze op Hoeamobel, in 't gebergte achter Locki en Anin: Op Batsjan, op 't groot Eiland Gelolo, en misschien in de meeste Molucze Eilanden, als mede op Boero, doch werd niet veel afgebragt, om dat deszelfs wilde bergen niet wel

silvestres montes vix perambulari possint. Ex quibus-dam intellexi Maleyensibus in Borneo quoque occurrere hanc resinam, sed parva cum differentia, quum non ita alba ac pellucida sit ac Amboinensis.

*Usus.* Uti Dammara Selanica in occidentalibus a quoque Indiæ partibus est usitissima ad faces, sic & hæc Dammara Batu in Amboina huicque adjacentibus insulis. Melius ardet, nec tanto constat labore ejus præparatio, quanto Dammara Selanica, ejus enim dura frusta, qualia naturaliter sunt, sive pura sive impura promiscue sumuntur, hæcque involvuntur foliis Gomuto vel Sagueri ad pedis longitudinem, ac trium digitorum crassitudinem in forma facis, quæ etiam Dammara vulgo vocatur: Hæ autem Dammaræ in superiori parte accensæ æqualiter ardent cum paucō & saepè nullo strepitu, sed vehementer emittunt fumum instar coronularum picearum, qui insolitis gravis & incommodus est, omnemque supellecstilem atro obducit colore, ubi multum accenduntur hæ faces, ac præfertim in loco clauso. Sæpius autem sunt perforandæ, quum saepè nimis fortiter compactæ sint, nec flammam concipiunt.

Amboinenses peculiares formant ex Gabba Gabba sedes, quibus hanc inponunt Dammaram, quæ saepius totæ conflagant, quum dormiunt homines.

Ardentes guttæ, quæ instar stellarum ex hac deßillant Dammara, quum per plateas circumfertur, statim suffocantur, quæ alioquin saepius noxas caußarent, si vero alicujus tangant cutim, quod servis saepè accidit, qui illam gerunt, vehementer urunt, & malignam dant exulcerationem, quæ saepius in Amboinenses degenerat phlyctenæ, si non cito curetur.

In re medica ejus usus nondum est exploratus, quidam vero Amboinenses, quod tamen ego, ac multi mecum nollent experiri, præfertim quum pedum vulnera contrahunt ex tribulis, acutisve lignorum ramentis, quam primum illa extraxerunt, unam alteramve ardentis hujus Dammaræ instillant vulneri guttam, qua vulneris ulcus prohibetur, hanc autem Indi in corneis suis ac callofis pedum plantis vix sentiunt.

Dammara hæc sola difficulter liquefecit, sed melius cum Calappi oleo, vel pice nostra, qua quidam navigia obliniverunt, compertum autem est, illam non fortiter adhærere, ac facillime decidere, unde huic operi inutilis est, faltem non ulterius tentatum fuit, licet defectus picis navigationem periculosam reddat in hisce regionibus, quod tamen per supra memoratas resinas suppletur quodammodo. Illis, qui scripturam exercent, vel ab actis & Secretis sunt, hæc quoque Dammara in usu est, si enim hi erronea quedam vocabula vel litteras male exprefserint, atque illa expunxerint, isti loco inspergunt pulverisatam hanc Dammaram, qua glabram terunt chartam, in quo loco alias formare possunt & inscribere litteras, hæc autem tempore iterum decidunt.

In deciduis & putrefactis truncis, uti dictum est, elegantia conspiciuntur pinguia ista frusta, quorum illa elegantissime sunt striata & venosa, quæ nodis inhaerunt, ex quibus Dammara profluxit: Hæc frusta eligunt Maleyenses & Macassarenes, ex quibus manubria telorum & cultrorum formant, quæ eleganter norunt incidere.

Ex cæteris crassioribus frustis sphærulæ fabricantur pro aciculæ opere, & gradus sediles, lignum vero est fragile, nec vim ferre potest. Hæc frusta ignem facile concipiunt, elegantemque spirant Mastichinum odorem, præfertim si lignum hoc rapsatum carbonibus inponatur. Dammara hæc accensa & patinæ supposita, ipsam obducit atro levique rubro colore, ex qua massa scriptores Æthiopes suum conficiunt atramentum, uti apud nos Typographi atramentum suum librarium præparant ex fuligine; illud autem atramentum est nigerrimum, citoque siccatur & facile expungi potest, si necessitas illud requirat.

Æthiopum illud atramentum difficultime præparatur ex ista Dammaræ fuligine, quæ acquiritur, si magna Dammaræ quantitas fossæ inponatur & accendatur, ipsique superinponatur patina terrea parum irrorata liquore quodam: Fuligo hæc bis terve cum aqua conterenda est, ac bis cum aceto exsiccare vel evaprarare debet, ultimo iterum cum aqua, in qua cortex Catappan & Manga Utan incocta est, omni die commo-

Tom. II.  
vendo

wel te bewandelen zyn. Van zommige Maleyers hebbe ik verstaan, datze op Borneo ook valt, doch met een kleinen onderscheid van 't bers, 't welk zo wit en doorschijnend niet is als het Amboinsche.

Gebruik. Gelyk de Dammar Selan, als gezegd, in de Wester deelen van Water-Indië de gebruikelijkste is tot bet branden, zo is deze Dammar Batu in Amboina en deze omleggende Eilanden. Zy brand beter, en men heeft er zo veel moeite niet mede om te bereiden, gelyk met de Dammar Selan, want men neemt de harde brokken, zo alsze vallen, klaar en onzuiver door malkander, en wind dezelve slechts in de bladeren van Gomuto of Sagueers-boomen, in de lengte van een voet, en dikte van drie vingers, tot de gedaante van een toorze, die men in 't gemeen ook Dammar noemd: Deze Dammars dan boven aangestrooken branden gestadig met weinig knerssen, en zomtyds niet, maar geven een geweldige rook van bun, gelyk de pik-kranßen, dewelke de ongewone lastig voorkomt, en alle huisraad niet swart-root bedekt, daarze veel gebrand werd in een beslotte plaats. Men moet deze toortzen dikwils strooken, om datze zomtyds te digt gepakt zyn, en niet branden willen.

De Amboinezen maken byzondere stoeftjes van Gabba Gabba, daarde deze Dammar inzetten, die zomtyds met Dammar en al wegbranden, als de Huisluiden daar by slapen.

De brandende droppels, die als sterretjes van deze Dammar afvallen, als menze over straat draagt, gaan datelyk uit, anders zouden 'er meer ongelukken van komen, maar als dezelve iemand op de huid vallen, het welk de slaven dikmaals gebeurt, dieze dragen, branden zeer fel, en maken een quade ulceratie, daar uit dikwils de Amboinsche pokken werden, zo men 't niet spoedig geest.

In de Medicyne heeft het nog geen bekende gebruik, behalven eene, dewelke ik en vele met my, de Amboinezen niet gaarn zouden willen nadoen, namentlyk alsze de voeten quetzen met trappen in voet-angels of spitze bouten, zo draze 't zelve uitgetrokken bebben, drupen een of twee droppels van deze brandende Dammar daar op, 't welk belet dat de wond niet sweert, 't welk de Indianen aan haare boorne-zoolen niet veel voelen.

Deze Dammar smelt mede moeyelyk alleen, maar wel met Calappus-Oly, of een weinig met onses Lants teer gemengt, waar mede zommige de vaartuigen bestreeken hebben, maar men heeft bevonden, dat het niet vast en houdt, en ligt weer afvalt, daaromze tot dat werk onbequaam is, immers men heeft het niet verder onderzocht, hoewel 't gebrek van pik en teer de Zeevaart in deze Landen bekommerlyk maakt, het welk men eenigzins met de voorgaande herßen verzetten kan. By de Schryvers op de Secretaryen heeft deze Dammar ook haare nuttigheid, want eenige abusive woorden op 't papier uitgeschrappt bebbende, stroyenze daar op deze fyn geschrapt Dammar, en vryvent glad, zo kunnenne andere letters daar op schryven, doch deze letters vallen metter tyd weder af.

Aan de omgevallene en verrotte stammen, als gezegd, vind men de schoone vette stukken, waar van die geene mooist geadert zyn, die in de knoesten gestaan hebben, daar uit de Dammar gelopen heeft; deze stukken zoeken de Maleyers en Macassaren, om kris-begten daar van te maken, dieze konftig weten uit te snyden.

Uit de andere stukken, die lankdradiger zyn, maakt men klossen tot speldewerks kussens, en traalytjes voor de stoelen, doch 't is bros bout, en kan geen geweld uitstaan. Deze stukken branden licht aan 't vuur gehouden, en geven een aangename Mastysk reuk, als men 't bout schrappt, en op koolen legt. Deze Dammar aangesteeken, en onder een schoot gebouden, zet daar aan veel swart en fynrood, waar van de Moorſe Schryvers bare Inct maken, gelyk onze Drukkers van swartzel, welke Inct zeer swart is, en terstond opdroogt, ook haar licht weder uit schrappen laat, als 't van nooden is.

De Moorsche Inct word zeer moeyelyk gemaakt van het voorschrewe roed dezer Dammar, dewelke men gewint, als men een party van deze Dammar in een kuil gelegt aansteekt, en een aarde schoot daar over stort, die wat nat gemaakt zy: Dit roed moet men twee a drie malen met water wryven, en tweemaal met Azyn t'elkens weder laten opdroogen, ten laasten met water, daar in de schorße van Catappan en Manga Utan opgekookt zyn, al-

vendo per integrum mensem, quum demun sit massa seu atramentum scribendo aptum.

*Dammara Radja*, Ternatensisbus *Salo Colano* dicta, eadem haec Dammara est, sed ejus tantum maxima & optime transparentia frusta, quae in superiore truncu parte dependent, nullis commaculata fordibus; Quæ autem in Batsjana & Hallemahera occurrit, nunquam ita flavescit ac Amboinensis, sed plerumque alba est vel sensim parum flavescit, ceterum sapore & odore Amboinensi similis est, inque similibus reperitur & colligitur arboribus. Haec sola a Moluccorum regibus ad suffimigia adhibetur, unde & Dammara regia vocatur, nec plebi licet illam comburere.

Jucundum præbent spectaculum & exhibent historiam novitiani, si forum frequentent, qui recentem hanc Dammaram habent pro saccharo cantho, quod optime refert; quam vili vendunt pretio, ac lati angulum petunt, ut illam sapiant, sed deceptos fese mox comperiunt.

Uti supra indicatum est, in quibusdam navigatoriis Annalibus adnotatum legitur, magnam Mastiches copiam in hisce reperiri insulis, per quam haec Dammara Batu intelligenda est, quæ accensa optime Mastiches spirat odorem.

Juniores Dammarae arbores sunt elegantissimæ, minoremque repræsentant Cedrum, erectum enim gerit truncum, qui non longe supra radicem foliola & ramulos emittit laterales, in quibus hoc peculiare observatur, ramulos hosce transversales ab inferiore truncu parte binos, tres quatuorve in uno circulo esse positos, atque inter horum ramulorum spatium intermedium ex ipso trunco folia per paria excrescent: Si horum aliquid decerpatur vel avellatur, viscosus effluit succus resinifer, & fortè spirans odorem.

In Appendix haec adduntur.

Anno 1691. ex Ternata mihi transmissa fuit *Dammara alba* regia, *Salo Colano* ibi dicta, tam frustula ipsius resinæ quam juniorum arbuscularum siccatarum, ex quibus liquido constabat, eandem arborum ac resinæ esse speciem, cum Amboinensi alba Dammara, sed magis pellucida erat ac purior, quædam enim ejus frusta erant penitus pellucida, & instar Crystalli alba, quædam autem erant impura & quasi cornea, omnia vero fragilia, nec sub dentibus trita in massam cogi poterant, uti in masticata Mastiche fit, cum qua odore quam proxime conveniebant: Folia illis Amboinensis arboris similia erant, sed paulo longiora, tenuiora, ac flaccidiora, quæ secca flavescebant, quinque pollices cum dimidio longa, & ultra pollicem lata, quum illa Amboinensis arboris viridia persistant, ceterum eodem locata erant modo in rachidibus opposita. Bataviæ, ut audivi, haec resina *Dammar Kesi* vocatur.

## EXPLICATIO

### Tabula Quinquagesima Septima,

Quæ ramum exhibet *Dammara alba*, quæ Mas seu *Damar Poeti Lacki* vocatur.

- A. *Fructum* majori forma denotat.
- B. *Vero folium.*
- C. *Junioris arboris ramulum*, seu maris seu feminæ demonstrat.
- D. *Vero ramulum Dammarae feminæ*, cum ejus fructu naturali.

## OBSERVATIO.

Arbores haec sub nomine *Dammara Batu* arboris a Valent. p. 212. describuntur.

le dagen omroerende tot een maand lang, wanneerze eerst bequaam werd tot schryven.

Dammar Radja, by de Ternatanen *Salo Colano* genaamt, is dezelfste Dammar, doch alleenlyk de grootste en klaarste stukken, die boven aan de stam hangen, met geen zuiligeheid vermengt, dewelke op Batsjan en Hallemabera valt, 't welk nooit zo geel besterft, als de Amboinsche, maar blijft doorgaans wit, of werd metter tyd een weinig geel, anders van smaak en reuk de Amboinsche gelijk, en valt ook aan diergelyke boomten. Deze werd alleen by de Molucze Koningen tot branden gebruikt, daarom menze Konings-Dammar noemt, en de gemeene Man magze niet branden.

Een geneuglyke klugt ziet men aan de nieuwelingen, die op de Amboinsche markt komen, en deze verfje Dammar voor Candy-zuiker aanzien, daarze wel naar gelykt, die dan voor een gering gelt opkoopen, en al blyde daar mede om een boekje loopen, om op te knappen, maar bevinden baar straks bedroogen.

Gelyk boven gezegd, vind men in zommige Scheeps-Journalen aangegeken, dat 'er veel Mastyk in deze Eilandten zoude vallen, waar door men deze Dammar Batu verstaan moet, die in 't branden zeer na de reuk van Mastix zweeft.

Een jong Dammar-boompje staat zeer cierlyk, en verbeelt ons een Ceder-boompje, want het zet een regentstam, beginnende niet ver boven de wortel bladeren, en zydetakjes uit te geven, daar aan men dit byzonders ziet, dat de dwers-takjes van onderen op met twee, drie, en vier in een kring staan, en telkens tusschen deze vergaderinge der takskens ziet men aan den stam zelfs de bladeren met paren staan, als men iets afbrekt, loopt 'er een kleverig zap uit, sterk riekende en hersachtig.

In het Aanhangzel werd dit 'er bygedaan.

Anno 1691. is my uit Ternaten de witte Konings-Dammar, aldaar *Salo Colano* genaamt, toegezonnen, zo de stukjes van 't bers als jonge doch drooge boompjes, aan welke genoegzaam bleek, dat het eenderley sag van boomten en bers is met de Amboinsche witte Dammar, doch wel zo klaar en zuiver, want eenige stukken waren belder doorschynent, wit als Kristal, eenige vuil, en trokken na 't boornverwige, alle gantsch bryzelig onder de tanden, en in geen Maffa te brengen, gelyk men aan den geknauwen Mastix doen kan, wiens reuk zy zeer na kwamen. De bladeren waren als aan de onze Amboinsche Dammar, doch wat langer, dunder, en slapper, geelachtig opgedroogt, 5½ duim lank, ruim een breed, daar de Amboinsche ook gedroogt, groen blyven, anders stonden zy op dezelfste manier aan de telgen in ordre geschtikt tegens malkander. Op Batavia, zo ik versta, wert deze bers Dammar Kesi genaamt.

## UYTEGGING.

### Van de zeven-en-vijftigste Plaat,

Dewelke een Tak verbeeldt van de witte Dammar-Boom, die het Mannetje ofte de *Dammar Poeti Lacki* genaamt wert.

- Alwaar Lett. A. een vrucht in grooter gedaante vertoont.
- B. Deszelfs bladt.
- C. Een Takje van een jong boompje, het zy mannetje, het zy wyfje.
- D. Is een Takje van de Dammar-Boom het wyfje, met deszelfs natuurlyke vrucht.

## AANMERKING.

Deze boomten werden onder de naam van *Dammar-Batoe-Boom* by Valent. p. 212. voorgestelt.



